

Guillermus de Mauriano de Regali Monte

[¹ r²] Anno domini milesimo ducesimo nonagesimo nono, quarto nonas decembris Guillermus de Mauriano habitator Regalis Montis, constitutus in iudicio coram reverendo patre in christo domino B. divina providencia episcopo Albiensi, et venerabili ac religioso viro fratre Nycholao de Abbatis Villa de ordine fratrum predicatorum inquisitore heretice pravitatis in regno Francie auctoritate apostolica deputato, iuratus super sancta quatuor dei evangelia dicere meram et plenam veritatem de facto heresis de se ut de principali et de aliis vivis et mortuis ut testis nec celare veritatem nec immiscere falsitatem amore, gracia, odio, timore vel favore, dixit et deposuit ut sequitur. Facta sibi protestacione per eosdem dominum episcopum et inquisitorem predictos et expresse dicto eisdem quod si inveniretur dicere falsum per suam revocationem vel aliquo aliter alias sicut falsus testis in facto heresis et impenitens puniretur. Et dictus Guillermus expresse gratis et ex certa sciencia se ad hoc obligavit et obtulit omni gracia sibi promissa penitus annullata nec contra hoc propter infliccionem pene cuiuscunque aliquo aliter provocabit nec etiam proclamabit.

Et dixit quod quadam die de qua non recordatur inter festum Sancti Iuliani et Santi Michaelis vel circa fuit annus ut sibi videtur de tempore dum esset in quodam prato suo infra metas territorii Regalis Montis circa terciam postquam ipse testis pransus fuerat, venit ad eum quidam iuvenis quem non cognovit et quesivit ab ipso teste si vocabatur Guillermus de Mauriano, qui respondit quod sic. Et tunc dictus iuvenis dixit ei quod duo probi homines erant in Cabrinhesio prope boriā domini Philippi de Paulinio militis, et miserant eum ad ipsos ut veniret ad eos. Et statim ductore dicto iuvene ivit illuc ipse testis et invenit in dicto loco Raymundum Desiderii et Raymundum del Boc quos statim cognovit et scivit hereticos esse, et in continenti adoravit eos ter flexis genibus discendo benedicite secundum modum et ritum hereticorum. Post que dixerunt eidem testi dicti heretici quod miserant quesitum ipsum ut associaret eos usque in Albiam civitatem, qui respondit quod libenter. Et exinde dictus testis cum illis duobus hereticis venerunt apud Albiam

Guillaume de Maurian, de Réalmont

En l'an du Seigneur 1299, le quatre des nones de décembre¹, Guillaume de Maurian, habitant de Réalmont², placé en justice devant le révérend père en Christ, Monseigneur Bernard³, par la divine providence évêque d'Albi, ainsi que la vénérable et religieuse personne, frère Nicolas d'Abbeville⁴ de l'ordre des frères prêcheurs, inquisiteur de la perversité hérétique délégué dans le royaume de France par autorité apostolique ; ayant juré sur les quatre évangiles de Dieu, de dire l'entière et pleine vérité en matière d'hérésie, sur lui principalement comme sur les autres, vivants et morts, comme témoin, et de ne pas celer la vérité, ni insérer une falsification par amour, grâce, haine, crainte ou faveur, il a dit et a déposé ce qui suit. Il fut pris à témoin par le seigneur évêque et par l'inquisiteur susnommés et ils lui dirent expressément que s'il était pris en flagrant délit de mensonge dans sa révocation ou en quelque manière par ailleurs, il serait puni comme faux témoin en matière d'hérésie et impénitent. Et le-dit Guillaume, après que le temps de grâce ait expiré, se priva lui-même de cette grâce en toute connaissance de cause et par conséquent toute la grâce qui lui avait été promise fut annulée. À cause de cela il ne pourra en aucune manière faire appel ni recourir à la justice contre la peine qui lui sera infligée.

Il a dit qu'un jour, dont il ne se rappelle plus, environ entre la fête de la Saint-Julien⁵ et de la Saint-Michel⁶, il y a un an⁷ à ce qu'il lui semble pour l'époque, pendant qu'il était dans un pré à lui, en-deçà de la limite du territoire de Réalmont, vers tierce⁸, après que le témoin ait pris son déjeuner, un jeune homme qu'il ne connaissait pas vint auprès de lui et demanda au témoin s'il s'appelait Guillaume de Maurian, lequel répondit oui. Alors ledit jeune homme lui dit que deux bonnes personnes se trouvaient en Cabriès⁹ près de la ferme du seigneur Philippe de Paulin¹⁰, chevalier, et qu'ils l'avaient envoyé auprès de lui afin qu'il vienne auprès d'eux. Aussitôt, conduit par ce jeune homme, il alla là-bas et il trouva dans ledit lieu Raymond Didier et Raymond Delboc qu'il reconnut aussitôt et qu'il savait hérétiques. De suite, il les adora trois fois genoux fléchis en disant « *Bénissez* », selon l'usage et le rite des hérétiques. Puis, lesdits hérétiques dirent au témoin qu'ils l'avaient envoyé chercher pour qu'il les accompagne jusque dans la cité d'Albi, lequel répondit qu'il le ferait volontiers. Ensuite, le témoin et ces deux hérétiques vinrent à Albi.

¹ 2 décembre 1299.

² Réalmont fut fondée en 1272, par Guillaume de Cohardon, sénéchal de Carcassonne, au nom du roi Philippe-le-Hardi. Cette nouvelle bastide fut érigée dans le territoire de Lombers et sur les terrains de Bernard de Boissezon, saisis pour hérésie. Le préambule de la charte de la ville indique la raison de sa fondation : « *pour l'extirpation de la perversion hérétique [...] afin que soient détruits par cette population les repaires des croyants des hérétiques, des fauteurs et des voleurs qui depuis longtemps se trouvaient dans le territoire alentour* ». Voir la transcription réalisée par Charles Portal, *La charte de Réalmont*, Albi, impr. de G.-M. Nouguiès, 1891, p. 28.

³ Bernard de Castanet, évêque d'Albi de 1276 à 1308.

⁴ Nicolas d'Abbeville, inquisiteur de Carcassonne.

⁵ 28 août.

⁶ 29 septembre.

⁷ C'est-à-dire en septembre 1298.

⁸ Vers 9 heures du matin.

⁹ Il s'agit peut-être du territoire de l'actuel Cabrilles, au nord de Lautrec ou du Cabrilles au sud-est de Lautrec.

¹⁰ Localité de la commune de Paulinet, Tarn. Il s'y trouve toujours le château seigneurial. Quant au personnage, il faut peut-être l'identifier à Ponce Philippe de Lautrec signalé plus bas. Une famille de Paulin est attesté à Lautrec au XIV^e siècle dans le cartulaire de Lautrec, voir la thèse de Philippe Zalmen. Par ailleurs, Guillaume de Paulin, seigneur de Paulin, fut condamné pour hérésie et fut dépossédé de sa seigneurie. Elle revint aux vicomtes de Lautrec.

et cum essent prope civitatem ipse testis missus per dictos hereticos ivit pro Guillermo de Landas emptore equorum et reddituum et talium, quem invenit in platea de Albia. Et dixit ei quod tales heretici quos ei nominavit – et statim auditis eorum nominibus eosdem dictus G. de Landas – petebant eum ibi extra civitatem. Et statim ipse G. de Landas venit cum eodem teste et invenerunt eos ibidem ubi dimiserat eos ipse testis, videlicet citra locum qui dicitur Olm seu Ulmus Arloy, et ibidem in presencia ipsius testis dictus Guillermus de Landas adoravit dictos hereticos flexis genibus coram eis ter secundum modum hereticorum ut supra. Et tunc Raymundus del Boc unus de predictis hereticis dixit dicto Guillermo de Landas, eatis ad Raymundum Agulho et dicatis ei quod inveniamus eum in domo sua quia nos venimus ibi secreto, qui ivit et [f° 1 v°] recessit ab eis. Et post paulo hora tarda circa crepusculum secuti sunt eum et venerunt ad domum ipsius Raymundi Agulho, qui alio nomine vocatur Raymondus Constancii et est notarius curie officialis albiensis, et invenerunt eum ibi, qui Raymundus salutavit et amplexatus est eos, et exinde procedentes ulterius in continenti dictus Raymondus flexis genibus ter coram eis adoravit eos secundum modum hereticorum ut supra dictum est.

Post que inter se petiverunt quis posset facere venire ad eos Berengarium Brossa civem dicte civitatis, et fuit ibidem responsum, non recordatur per quem, quod predictus Guillermus de Landas, qui de dicta domo recesserat antequam dicti heretici intrarent, melius faceret eum venire quam aliquis alius, et cum venisset dictus Guillermus de Landas dixerunt dicti heretici quod melius erat quod expectarent usque mane. Et mane facto cum ipse testis ivisset ad emendas caligas pro se et emisset, cum rediisset ad dictam domum invenit dictum Berengarium colloquentem cum dictis hereticis, et paulo post colloquutionem predictam vidit dictus testis quod cum dictus Berengarius vellet recedere flexit genua coram ipsis et ter adoravit eosdem hereticos modo hereticali ut supra dictus est.

Interrogatus quis faceret venire dictum Berengarium ad prefatos hereticos dixit quod non est bene certus, set credit quod dictus Guillermus de Landas ex eo quia nocte seu sero precedenti conductum fuerat inter eos quod ille melius faceret venire eundem Berengarium quam alius. Dixit etiam dictus testis quod illo sero quo venerunt ad domum predicti Raymundi adhuc dicti heretici erant ieiuni et tunc parata mensa Raymundus del Boc, hereticus predictus qui erat antiquior alio, accepta mapa super humerum suum tenens una manu panem et alia cultellum dictis quibusdam verbis de quibus ipse testis non recordatur, distribuit panem ipsi testi et dicto Raymundo hospiti eorum, et dicto consocio suo heretico.

Requisitus si aliqui alii a predictis fuerunt presentes in dicta comestione dixit quod non.

Alors qu'ils étaient près de la ville, le témoin fut envoyé par lesdits hérétiques au-devant de Guillaume de Landes¹, acheteur et revendeur de chevaux ou animaux de même espèce², qu'il trouva sur la place d'Albi. Il lui dit que des hérétiques – qu'il lui nomma et aussitôt qu'il eut entendu leurs noms ledit Guillaume de Landes les reconnut – le demandaient dans un lieu hors de la ville. Aussitôt, ce Guillaume de Landes vint avec le témoin et ils les retrouvèrent là où le témoin les avait laissés, c'est-à-dire dans les environs d'un lieu que l'on appelle Olm ou Orme Arloy³. Là, en présence du témoin, ledit Guillaume de Landes adora lesdits hérétiques trois fois les genoux fléchis devant eux, selon l'usage des hérétiques, comme au-dessus. Alors, Raymond Delboc, un des susdits hérétiques, dit au-dit Guillaume de Landes : « *Va auprès de Raymond Aiguille et dis-lui que nous le rencontrerons dans sa maison parce que nous y viendrons en secret* ». Il y alla et les quitta. Peu après, à une heure tardive, vers le crépuscule, ils le suivirent et vinrent à la maison de ce Raymond Aiguille, qui s'appelle aussi Raymond Constans, lequel est notaire de la curie de l'Albigeois, et ils le trouvèrent là. Ce Raymond les salua et les embrassa, puis immédiatement après, ledit Raymond les adora genoux fléchis, trois fois devant eux, selon l'usage des hérétiques, comme il a été dit au-dessus.

Ensuite, ils se demandèrent entre-eux, qui pouvait faire venir auprès d'eux Bérenger Brousse⁴, citoyen de ladite cité, il fut répondu, mais il ne se rappelle plus par qui, qu'il serait préférable que le susdit Guillaume de Landes, lequel avait quitté ladite maison avant l'arrivée des hérétiques, le fasse venir, lui, plutôt qu'un d'autre. Comme ledit Guillaume de Landes était revenu, lesdits hérétiques dirent qu'il serait préférable qu'ils attendent jusqu'au matin.

Le lendemain, comme le témoin était allé s'acheter des chaussures et qu'il les avait achetées, il revint à ladite maison et trouva ledit Bérenger en discussion avec lesdits hérétiques. Peu après ladite discussion, comme ledit Bérenger voulait repartir, le témoin le vit fléchir ses genoux devant eux et il adora trois fois ces hérétiques selon l'usage hérétique, comme il a été dit au-dessus.

Interrogé sur la personne qui avait fait venir ledit Bérenger auprès des hérétiques susnommés, il a dit qu'il n'en était pas absolument sûr mais il crut que c'était ledit Guillaume de Landes, parce que la nuit ou le soir précédent la rencontre, il avait été question entre-eux qu'il était préférable que celui-ci fasse venir ledit Bérenger plutôt qu'un autre. Le témoin a dit encore que ce soir là, quand ils vinrent à la maison du susdit Raymond, les hérétiques étaient jusqu'alors en jeûne⁵ et quand la table fut prête Raymond Delboc, hérétique susdit qui était plus âgé que l'autre, mit la serviette sur son épaule en tenant d'une main le pain et de l'autre le couteau tout en disant des paroles que le témoin ne se rappelle plus. Il distribua le pain au témoin et au-dit Raymond, leur hôte, ainsi qu'à son compagnon hérétique.

Requis de dire si quelqu'un d'autre que les susnommés était présent au-dit repas, il a dit que non.

¹ Il fut consul d'Albi en 1291.

² Sa déposition atteste qu'il allait pour ses affaires à la foire de Villemaigne connue pour son commerce de mules et d'ânes.

³ Lieu-dit disparu. Olm, orme en occitan. Quant à Arloy, il doit s'agir d'un nom propre provenant du nord de la France. En effet, au moyen-âge des localités portaient ce nom en Champagne, en Ardennes ou en Picardie. Cette appellation désignait sans doute un lieu où s'élevait un bel orme et qui devait appartenir, ou avait appartenu peut-être à un champenois.

⁴ Il fut consul d'Albi en 1285, 1293, 1294, 1295, 1296 et 1297. Les précautions pour le prévenir s'expliquent par l'importance de ce personnage.

⁵ Les chrétiens cathares jeûnaient au pain et à l'eau trois jours par semaine. En dehors de ces jours de jeûne ils mangeaient des légumes, des fruits ou du poisson, mais jamais de viande, d'œuf ou de laitage. Nous aurons l'occasion de le constater par la suite.

Item dixit quod post recessum dicti Berengarii Brossa vidit ibidem ipse testis cum dictis hereticis Petrum Talhafer civem et mercatorem albiensem, qualiter vel quando intravit vel quis introduxit eum dixit se nescire.

Dixit etiam quod cum ipse P. loqueretur ad partem cum ipsis hereticis vidit ipse testis quod Raymundus Desiderii unus de predictis hereticis dedit eidem P. Talhafer aliquas cedulas seu litteras et posuit in manibus eius. Requisitus si scit quid continebatur in dictis litteris dixit quod non.

Item dixit quod paulo post quando voluit recedere dictus P. genibus flexis ter dicendo benedicite adoravit dictos hereticos secundum modum et ritum hereticorum ipso teste vidente.

Post que circa horam primam eiusdem diei dicti heretici et ipse testis una cum eis exeuntes dictam domum transeuntes per fossata dicte ville euntes versus locum ubi sunt et morantur fratres minores in Albia iverunt versus Castrum Vetus, et inde directe per viam publicam usque Marciacum ipso teste associante predictos hereticos usque prope Marciacum, ibi scilicet ubi recipitur via versus Berenx, et ibi dictus testis recessit ab eis.

Requisitus quod iverunt [f° 2 r°] tunc dicti heretici dixit quod iverunt apud Caturcinium sicut dixerunt eidem testi, tamen ad quem vel ad que loca precise dixit se nescire.

Requisitus quomodo discessit ab eis dixit quod adorando eos flexis genibus ter secundum modum hereticorum predictum, et in recessu dixerunt eidem quod non recederent a terra quin viderent ipsum testem, et sic ipse testis rediit ad propria. Postmodum vero post tres septimanas vel circa cum dicti heretici rediissent de Caturcinio et venissent prope Graolhetum ad boriem dels Guilabertz, nepotum¹, filiorum videlicet sororis, dicti Raymundi del Boc heretici, miserunt pro ipso teste quod veniret ad eos ad loquendum eis, qui audito nuncio venit ad eos ad dictum locum eadem die et ibidem invenit eosdem hereticos solos, quia nepos dicti Raymundi del Boc heretici maior dierum², cuius nomen ignorat, iverat pro piscibus ad opus eorundem hereticorum. Et Statim cum venisset ipse testis adoravit ipsos hereticos flexis genibus ter dicendo benedicite secundum modum hereticorum. Post quam adorationem cum ipse testis interrogasset eos quid fecerant in Caturcinio dixerunt quod visitaverant amicos suos nichil aliud exprimentes. Et cum ipse testis et dictus iuvenis cenassent soli ipsi heretici non cenaverunt quia ieiunabant illa die.

Interrogatus quare querebantur pisces ergo, dixit quod pro crastino quando non debebant ieiunare. Et illa nocte³ iacuerunt ibi, et circa auroram sequentis diei cum dicti heretici exivissent spaciatur super aquam venit ad eos Guillelmus de Furno de Graolheto, et ibidem in adventu flexit genua coram eisdem hereticis ter adorando eos discendo benedicite secundum modum hereticorum.

¹ Corr. nepotem.

² Corr. maioris duorum.

³ Corr. nocte.

De même, il a dit qu'après le départ dudit Bérenger Brousse, le témoin vit en ce même lieu avec lesdits hérétiques, Pierre Taillefer¹, citoyen et marchand d'Albi. Comment et quand il entra ou qui l'introduisit, il a dit qu'il l'ignorait.

Il a dit encore que quand ce Pierre parlait à part avec ces hérétiques, le témoin avait vu que Raymond Didier, un des susdits hérétiques, avait donné à ce Pierre Taillefer un mot ou une lettre et qu'il la lui avait remise en mains propres.

Requis de dire s'il savait ce qui était contenu dans ladite lettre, il a dit que non.

De même, il a dit que peu après, quand ledit Pierre avait voulu repartir, il avait adoré à la vue du témoin lesdits hérétiques selon l'usage et le rite des hérétiques, genoux fléchis en disant trois fois « *Bénissez* ».

Puis, à la première heure de ce même jour, lesdits hérétiques et le témoin seul avec eux, sortirent de ladite maison, et traversant les fossés de ladite ville, ils passèrent près de la demeure des frères mineurs d'Albi et ils prirent la direction de Castelviel², ensuite ils allèrent directement jusqu'à Marssac³ en suivant la voie publique. Le témoin accompagna ainsi les susdits hérétiques jusqu'aux abords de Marssac, et là, c'est-à-dire où la route reprend la direction de Brens⁴, le témoin les quitta.

Requis de dire l'endroit où allèrent alors lesdits hérétiques, il a dit qu'ils étaient allés vers le Quercy comme ils le dirent au témoin, mais chez qui ou en quel lieu précisément, il a dit qu'il ne le sait pas.

Interrogé sur la manière dont il se sépara d'eux, il a dit qu'il l'avait fait en les adorant trois fois, genoux fléchis, selon l'usage des hérétiques susdits.

Au moment du départ ils lui dirent qu'ils ne partiraient pas du pays sans qu'ils ne reviennent le voir. Après quoi, le témoin rentra chez lui. Mais quelques temps plus tard, trois semaines ou à peu près, alors que lesdits hérétiques étaient revenus du Quercy et qu'ils étaient venus à la ferme des Guilabert⁵, près de Graulhet⁶, ils envoyèrent au-devant du témoin le neveu dudit Raymond Delboc, hérétique, l'un des fils de sa sœur, pour qu'il vienne auprès d'eux pour parler avec eux. Lequel, après avoir pris connaissance du message, vint auprès d'eux, ce même jour au-dit lieu, et là, il trouva ces hérétiques, seuls, parce que l'un de ses deux neveux, le plus âgé, dont il ignore le nom, dudit Raymond Delboc, hérétique, était allé à la pêche pour le compte de ces hérétiques. Dès que le témoin arriva, il adora ces hérétiques trois fois les genoux fléchis en disant « *Bénissez* », selon l'usage des hérétiques. Après cette adoration, comme il les avait interrogés sur ce qu'ils avaient fait en Quercy, ils lui dirent qu'ils avaient visité leurs amis sans rien dire de plus. Au souper, le témoin et ce jeune homme avaient soupé seuls parce que les hérétiques ne soupèrent pas, ils jeûnaient ce jour-là.

Interrogé sur la raison pour laquelle des poissons avaient été donc pêchés, il a dit que c'était pour le lendemain, quand ils ne devraient plus jeûner. Cette nuit-là, ils couchèrent sur place. Le lendemain, au petit matin, comme lesdits hérétiques étaient sortis pour se promener sur l'eau⁷, Guillaume Delfour de Graulhet vint auprès d'eux et là, à son arrivée, il fléchit ses genoux devant ces hérétiques et les adora trois fois en disant « *Bénissez* », selon l'usage des hérétiques.

¹ Il fut consul d'Albi en 1285.

² Le Castelviel était l'emplacement historique d'Albi et la cité s'est développée hors de ses murs. À l'époque qui nous concerne, le Castelviel, comme son nom l'indique, avait conservé ses anciens murs et se trouvait toujours à l'extérieur des murs de la cité proprement dite.

³ Marssac-sur-Tarn, commune du Tarn.

⁴ Commune du Tarn.

⁵ Lieu-dit disparu. La ferme fut probablement rasée de fond en comble par l'inquisition.

⁶ Chef-lieu de Canton, Tarn.

⁷ Il s'agit du Dadou, comme nous le verrons plus loin.

Et post quam aliquantulum locuti fuissent ad invicem dictus Guillelmus de Furno et heretici in recessu ab eis adoravit eos idem Guillelmus similiter secundum modum predictum. Deinde recedentes et transeuntes aquam predictam, que vocatur Dado, venerunt versus mansum qui dicitur Lenterdia supra Sanctum Hyllarium iuxta Sanctum Iulianum et viderunt venientem super unum equum dominum Amblardum Vassalli militem de Monte Draconis. Et cum dictus Raymondus Desiderii hereticus percepisset quis erat dixit dictus hereticus de dicto milite, libenter loqueretur mihi si sciret quod ego essem hic quia pater suus fuit magnus amicus noster. Quo appropinquante innuit sibi quod veniret ad eos, qui descendens de equo traxit se ad partem cum dictis hereticis ipso teste ab eis aliquantulum se segregante, et cum essent retro quandam bartam locuti fuerunt ibi ad invicem simul per magnum spacium. Et postmodum in recessu ipse testis vidit quod dictus miles secundum modum hereticorum predictum flexis genibus adoravit eos.

Dixit etiam dictus testis quod cognovit patrem ipsius domini Amblardi, qui vocatur Matfredus Baldrac, qui habuit penitentias pro facto heresis. Deinde relicto milite predicto processerunt dicti heretici et ipse testis cum eis et transeuntes per cumbam lobosam prope Lautricum dum essent iuxta boriā Poncii Philippi de Lautrico viderunt dictum Poncium venientem super quandam equum album. Et cum cognovissent ad verbum [f° 2 v°] cuiusdam pastoris quod ipse esset dixerunt dicti heretici quod pater ipsius Poncii fuerat amicus et familiaris eorum. Et dum dictus Poncius apinquaret eis et cognovisset dictum Raymundum Desiderii hereticum descendit de equo, et post aliqualem locucionem introduxit ipsos hereticos infra turrem boarie sue in loco vocato Labauria ipso teste exterius remanente. Et post aliquod spacium intravit ipse testis infra turrē ubi erant predicti, et vidit ipse testis quod dictus Poncius ministravit ipsis hereticis et ipsi testi unam placentam et bocellum vini et nuces. Et tunc dictus Raymundus del Boc hereticus benedixit panem secundum ritum suum et distribuit eis, et tunc dicti heretici, ipse Poncius et idem testis comederunt et biberunt ibi stantes pedes, et ipse Poncius ministrabat seu propinabat eis vinum de dicto bocello. Et post quam comederant etiam biberant in recessu dictus Poncius adoravit dictos hereticos more hereticali ut supra. Et recedentes inde et venientes versus Castras transverunt prope rivum qui vocatur Bagas in Lautriguesio iuxta mansum de Labosilhia, et ibi odviantes Raymundo de Laval de Lautrico quesiverunt dicit heretici ab ipso teste quis erat ille et ipse testis respondit quod erat Raymundus Laval. Et tunc dicti heretici dixerunt eidem testi quod diverteret aliquantulum ab eis ut possent loqui cum eo, quod et fecit ipse testis. Et tunc traxerunt se ad partem dicti heretici cum dicto Raymundo et cum locuti fuissent per aliquam moram dictus Raymundus abstraxit de bursa sua aliquam summan peccunie, nescit tamen quantam, et numeravit eam et tradidit de manu sua Raymundo Desiderii heretico predicto, a quo Raymundo Desiderii heretico audivit postea ipse testis quod illa peccunia fuerat in commenda tradita patri dicti Raymundi de Laval.

Après que ce Guillaume Delfour et les hérétiques eurent discutés ensemble un moment, ce Guillaume les quitta et les adora selon le même usage susdit. Ensuite, rebroussant chemin et traversant le cours d'eau susdit qui s'appelle Dadou, ils longèrent le mas qui s'appelle Lieutard¹ sous Saint-Hilaire², non loin de Saint-Julien³ et ils virent le seigneur Amblard Vassal, chevalier de Mondragon, qui venait à cheval. Comme ledit Raymond Didier, hérétique, s'était rendu compte de qui il s'agissait, ledit hérétique dit au sujet dudit chevalier : « *il me parlerait volontiers s'il savait que c'était moi qui étais là parce que son père fut un grand ami à nous* ». Lequel s'approchant, il lui fit signe de venir auprès d'eux, et descendant de son cheval, il s'isola avec lesdits hérétiques, tandis que le témoin se tenait à l'écart. Quand ils se trouvèrent derrière un taillis, ils discutèrent ensemble pendant un long moment. Après quoi, au départ, le témoin vit que ledit chevalier les adora genoux fléchis, selon l'usage des hérétiques susdit. Le témoin dit encore qu'il connaissait le père de ce seigneur Amblard, que l'on appelait Matfre Baldrac, lequel avait eu des pénitences pour fait d'hérésie⁴. Ensuite, laissant le chevalier susdit, les hérétiques et le témoin avec eux reprirent leur route. Ils passèrent par la combe de la Louve⁵ près de Lautrec jusqu'à ce qu'ils fussent à proximité de la ferme de Ponce Philippe de Lautrec. Là, ils virent ledit Ponce qui venait sur un cheval blanc. Comme ils avaient appris par un berger qui il était, les hérétiques dirent que le père de ce Ponce avait été leur ami et leur intime⁶. Pendant que ledit Ponce s'approcha d'eux, il reconnut Raymond Didier, hérétique, et descendit de cheval. Après une discussion, il fit entrer ces hérétiques dans la tour de sa ferme, au lieu-dit Laborie⁷ et le témoin attendit à l'extérieur. Après un moment, le témoin entra dans la tour où se trouvaient les personnes susdites, et le témoin vit que ledit Ponce servait, aux hérétiques et au témoin, une galette, un pichet de vin et des noix. Alors Raymond Delboc, hérétique, bénit le pain selon leur rite et leur en donna, alors lesdits hérétiques, ce Ponce et le témoin mangèrent et burent debout, ce Ponce leur servant ou leur proposant du vin dudit pichet. Après avoir mangé et bu, au moment du départ, ledit Ponce adora lesdits hérétiques selon l'usage hérétique susdit. Quittant les lieux et prenant la direction de Castres, ils traversèrent près de là, en Lautrecois, un ruisseau qui s'appelle Bagas⁸, non loin du mas de Labosille⁹. Là, ils rencontrèrent Raymond de Laval, de Lautrec, et lesdits hérétiques demandèrent au témoin qui était cet homme et le témoin répondit qu'il était Raymond de Laval. Alors lesdits hérétiques dirent au témoin de s'éloigner un peu d'eux afin qu'ils puissent parler avec lui, ce que fit le témoin. Alors lesdits hérétiques se mirent à part avec ledit Raymond et après qu'ils eurent parlé un moment, ledit Raymond tira de sa bourse une somme d'argent, mais le témoin ne sait combien, il la compta et la remit dans la main de Raymond Didier, hérétique susdit. Par la suite, le témoin entendit Raymond Didier, hérétique, dire que cet argent avait été confié et remis par le père dudit Raymond de Laval¹⁰.

¹ Localité de de Saint-Julien-du-Puy, Tarn.

² Localité de la commune de Graulhet, Tarn.

³ Aujourd'hui Saint-Julien-du-Puy, commune du Tarn

⁴ Voir la déposition de ce personnage, Doat XXV, f° 183 r°-192 v°.

⁵ Il s'agit peut-être de la combe où serpente le ruisseau de la Ganaubre. Il passe au pied de Lieutard et mène tout droit jusqu'aux abords de Lautrec.

⁶ Voir note 10, p. 2. Il doit s'agir de Pierre de Paulin cité dans la déposition de Guillaume de Landes au f° 17 v°.

⁷ Peut-être « la borio cremada » (le ferme brûlée) indiquée sur la carte Cassini (la Cremade sur la carte IGN).

L'appellation du lieudit porte peut-être la mémoire de la destruction de la ferme par l'inquisition.

⁸ Ruisseau qui coule à 500 mètres au sud du lieu-dit les-Bories.

⁹ Peut-être Les-Bories, de la commune de Lautrec, près du Bagas.

¹⁰ Il peut s'agir soit d'un dépôt de l'Église cathare confié au père de Raymond de Laval, usage courant comme nous le verrons encore par la suite, soit d'un legs à l'Église cathare qui avait été promise par le père de Raymond de Laval au moment de sa Consolation sur son lit de mort. Donation qui était souvent acquittée par les héritiers. Dans ce cas, Guillaume de Maurian passe sous silence la Consolation du père de Raymond de Laval.

Requisitus si dictus Raymundus de Laval adoravit tunc eos dixit quod non, nec descendit de equo.

Et deinde iverunt apud Altum Montellum neminem invenientes in via quem cognoscerent, et in dicto loco de Altmontel fuerunt hospitali in domo cuiusdam stabularii seu hostalerii publici qui vocatur Bertrandus, qui Bertrandus non cognovit eos quod ipse testis sciat. Ymmo ipse testis solvit illud quod expenderunt illa nocte, tamen dicit heretici nichil expenderunt nisi pro lectis quia ieiunabant illa die, set ipse testis cenavit. Et audivit dici ipse testis a Raymundo Desiderii heretico predicto in eadem via quod hereticaverant in morte patrem Galhardi Sabaterii de Lumbeis et fratrum suorum, cuius nomen ignorat. Et cum ipse testis quereretur quomodo potuit fieri quod non cognosceretur dixit quod dixit dictus Galhardus bene scivit hoc ordinare et procurare.

Item dixit dictus testis quod Alto Muntello processerunt dicti heretici et ipse testis cum eis et iverunt apud Caucalieras, set dimisit eos aliquantulum citra, et in recessu ab eis ipse testis flexis genibus coram eis ter adoravit eos more hereticali ut supra. Et quando recesserunt ab ipso teste dicti heretici dixerunt eidem quod irent in Cabardesium et deinde in Carcassesium.

Post que plenius recordatus adiecit predictis et dixit quod XII anni possunt esse et ultra ut sibi videtur de tempore quod ipse testis ivit in Franciam cum magistro Petro de Medenco seu de Medano tunc procuratore domini regis in senscallia carcassonensi et biterrensi [f° 3 r°] et intrantes per civitatem de Turonis in ingressu civitatis obviarunt duobus hominibus pro heresi cruce signatis, et ex hoc sumpta occasione idem magister P. dixit ipsi testi quod multum vellet videre hereticos et scire sectam eorum. Et extunc multociens forte X vicibus et amplius diversis temporibus repeciit eadem verba idem magister P. eidem testi, videlicet quod libenter videret hereticos et scire sectam eorum. Tandem anno immediate preterito dum ipse testis associaret Raymundum del Boc et Raymundum Desiderii hereticos supradictos, et irent versus Autmuntel ipse testis et heretici predicti sicut superius est expressum, in egressu ville de Castris prope hospitale ubi vie conveniunt de Autmuntel et de Brugueria invenerunt magistrum P. de Medenco predictum, qui veniebat de assisiis Carcassone. Qui dum salutasset ipsum testem et ipsum interrogasset quo ibat et ipse testis responderet quod versus Autmuntel

Requis de dire si ledit Raymond de Laval les adora alors, il a dit que non et qu'il n'était pas descendu de cheval.

Ensuite, ils allèrent à Augmontel¹ en ne rencontrant en chemin personne qu'ils connaissaient. En ce dit lieu d'Augmontel ils furent hébergés dans la maison d'un logeur ou aubergiste public qui s'appelle Bertrand. Ce Bertrand ne les connaissait pas, autant que le sache le témoin. Au contraire, le témoin paya ce qu'ils dépensèrent cette nuit-là, cependant lesdits hérétiques ne dépensèrent rien, excepté le coucher parce qu'ils jeûnaient ce jour-là, mais le témoin mangea. Pendant le chemin, le témoin entendit Raymond Didier, hérétique susdit, dire qu'ils avaient hérétique² à sa mort le père de Gaillard Sabatier de Lombers³ et un de ses frères, dont il ignore le nom. Le témoin demanda alors comment il pouvait se faire qu'il ne l'eût su, il répondit que ce Gaillard savait bien comment arranger et organiser la chose.

De même, le témoin a dit que lesdits hérétiques et le témoin avec eux reprirent la route et que depuis Augmontel ils étaient allés à Caucalières⁴, mais il les quitta au bout d'un moment et à son départ, le témoin les adora trois fois genoux fléchis devant eux selon l'usage hérétique, comme il a été dit plus haut. Quand ils se séparèrent de lui, lesdits hérétiques lui dirent qu'ils allaient en Cabardès et ensuite en Carcassès.

Après avoir recouvré plus complètement la mémoire, il a ajouté et dit qu'il peut y avoir douze ans et plus⁵, à ce qui lui semble pour l'époque, il était allé en France avec maître Pierre de Mézens ou de Médan⁶, alors procureur du seigneur roi dans la sénéchaussée de Carcassonne et de Béziers. En traversant la cité de Tours, ils avaient rencontré sur leur chemin deux hommes portant les croix pour hérésie⁷. Aussi, maître Pierre saisit cette occasion pour dire au témoin qu'il voudrait beaucoup voir des hérétiques et connaître leur secte. Dès lors, à plusieurs reprises, avec insistance, dix fois et plus en différents moments, maître Pierre répéta les mêmes paroles au témoin, c'est-à-dire qu'il aurait plaisir à voir des hérétiques et à connaître leur secte.

L'année passée⁸ pendant que le témoin accompagnait Raymond Delboc et Raymond Didier, hérétiques susdits, et que le témoin et les hérétiques susdits allaient ensemble vers Augmontel, comme il a été dit au-dessus, à la sortie de la ville de Castres, près de l'hôpital, au croisement des routes de Labruguière⁹ et d'Augmontel, ils trouvèrent maître Pierre de Mézens susdit qui venait des assises de Carcassonne. Comme il avait salué le témoin et lui avait demandé où il allait, le témoin répondit qu'il allait vers Augmontel.

¹ Localité de la commune de Noailhac, Tarn.

² Terme inquisitorial qui renvoie ici au baptême des cliniques ou d'extrême onction des cathares, baptême que les cathares appelaient *consolamentum* en latin par analogie avec le grec *parakletos*. Dans les deux langues, ces deux mots signifient consolateur. On le trouve dans l'évangile de Jean. Le baptême cathare était un baptême spirituel, infusant l'Esprit-Saint par l'imposition des mains. Nous verrons un peu plus loin une description sommaire de ce rite.

³ Commune du Tarn. Il s'y trouve encore les vestiges d'un château.

⁴ Localité de la commune de Lagarrigue, Tarn. Vers 1240, le donjon de Caucalière qui appartenait à Jourdain de Saissac, hébergea une partie de la haute hiérarchie de l'Église de l'Albigeois. Voir Doat XXVI, f° 52 r°. Sur l'étymologie, Caucalières dérive de l'occitan « *caucala* » qui veut dire corneille et signifie « *lieu des corneilles* ». Aujourd'hui encore les corneilles nichent dans les falaises de Caucalières qui surplombent le Thoré. Voir Ernest Nègre, Les noms de lieux du Tarn, Toulouse, Eché, 1986, p. 80.

⁵ C'est-à-dire, au moins avant l'année 1287 de ce calendrier qui fixe le nouvel an à Pâques. Année qui correspond selon notre calendrier à la période située entre le 6 avril 1287 et le 27 mars 1288.

⁶ Mézens est une ville du Tarn, Médan, une ville des Yvelines.

⁷ Il s'agit de condamnés de l'inquisition soumis à la pénitence du port des croix. Ces croix étaient portés devant la poitrine et dans le dos, cousus directement sur les vêtements. Cela équivalait à une forme de bannissement, personne ne voulait avoir à faire avec des condamnés pour hérésie, de peur d'en être accusé à son tour.

⁸ C'est-à-dire, vers la mi-septembre 1298.

⁹ Chef-lieu de Canton du Tarn.

dixit idem testis dicto magistro P. quod modo posset videre illos bonos homines videlicet hereticos de quibus multociens rogaverat eum. Et tunc dictus magister P. cum magno gaudio quesivit ubi erant, et cum cognovisset ad dictum ipsius testis quod ibi erant presentes premisit garcionem suum et precepit ei ut pararet ei cenam in Castris in hospicio de Nasaca. Tunc idem magister P. rediit cum dictis hereticis et ipso teste per magnum spacium vie colloquendo cum ipsis hereticis de multis que ipse testis non intellexit quia quandoque precedebat quandoque sequebatur. Et postmulta verba dum dictus magister P. vellet discedere a predictis hereticis sequestrans se cum eis de via ad dictum Raymondi del boc predicti heretici antiquioris diebus, descendit de animali quod equitabat et flexis genibus ter et dicendo benedicite adoravit eos secundum modum hereticorum. Post que cum dictus magister P. reascendisset et vellet discedere ab eis quesivit ipse magister P. a dictis hereticis ubi posset eos invenire quando vellet eos videre, et indigeret eis quia ipse intendebat eis facere magnum bonum in futurum. Cui responderunt dicti heretici quod quandocumque vellet eos mandaret pro Petro Pagesii de Caudabronda quia ipse doceret eum ad inveniendum eos, et credit ipse testis ut dicit quod si ille Pagesius qui fuit simul inmuratus cum ipso teste, et bene cognoscit eum ut dicit. Et sic dictus magister P. recessit ab eis.

Post que idem testis adiecit predictis dicens quod dum dictus magister P. procurator infirmaretur in boria sua vocata de Choart iuxta villam Regalis Montis ea infirmate de qua obiit pluries dixit in illa infirmate ipsi testi quod mirabatur quia dicti heretici non veniebant ad eum, quia ipse rogaverat dictum Pagesium et ordinaverat eum eo quod faceret eos venire ad se quando veniebat de Carcassona, quia iam senciebat se infirmum et multum gravatum ut dicebat. Dixit etiam idem magister P. ipsi testi quod semel quando veniebat de Carcassona iacuit apud Calidam Brondam, et in crastinum quando transibat montem invenit et vidit dictos hereticos qui iacuerant in Fonciano sicut dixerant dicti heretici eidem magistro P. Et durante illa infirmate dictus magister P. misit pro Raymundo Augerii cive Albiensi, sororio suo, ut dixit eidem testi dictus infirmus, et mirabatur [f° 3 v°] quia non venerat cum iam pluries misisset pro eo. Tandem durante etiam dicta infirmate quodam sero tarde venit dictus Raymundus Augerii ad dictum magistrum P. infirmum ipso teste presente, et dum aliquandiu fuisset infirmo locutus ad partem secreto exivit dictus Raymundus Augerii extra domum in quodam viridario quod adiacet ipsi domini, et inde adduxit ipse Raymundus Augerii Raymundum del Boc et Raymundum Desiderii hereticos supradictos, et introduisit eos in cameram ubi iacebat dictus infirmus. Et dixit tunc dictus infirmus eidem testi quod observaret hostium ne aliquis ingrederetur quia illi heretici erant parati ad hereticandum dictum infirmum. Et tunc ipso infirmo volente et petente dicti heretici hereticaverunt eum et in sectam suam receperunt uno hereticorum stante ad caput et alio ad pedes faciendo genuflexiones suas coram predicto infirmo, et dicendo aliqua verba que ipse testis non intellexit ut dicit. Et interfuit dicte hereticacioni dictus Raymundus Augerii ipso teste observante hostium sicut supra dictum est, et vidit omnia supradicta.

Le témoin dit alors à maître Pierre qu'il pouvait voir tout de suite ces bons hommes, c'est-à-dire les hérétiques qu'il lui avait tant de fois réclamés. Alors ledit maître Pierre demanda avec une grande joie où ils se trouvaient, et quand il eut appris par le témoin qu'ils étaient là, présents, il appela son serviteur et lui prescrivit d'aller lui préparer le souper à Castres, dans l'hôtel de Nasac. Alors ce maître Pierre revint avec les hérétiques et le témoin, il parla en route pendant un long moment avec ces hérétiques au sujet de choses que le témoin ne comprit pas, parce que tantôt il les précédait, tantôt il les suivait. Après avoir beaucoup parlé, quand ledit maître Pierre voulut quitter les hérétiques susdits, s'éloignant de la route avec eux sur la demande de Raymond Delboc, hérétique susdit le plus âgé des deux, il descendit de l'animal qu'il chevauchait et il les adora trois fois, genoux fléchis en disant « *Bénéissez* », selon l'usage des hérétiques.

Après que ledit maître Pierre fut remonté sur son cheval et qu'il avait voulu les quitter, il demanda aux-dits hérétiques où il pourrait les trouver quand il voudrait les voir, ou quand il aurait besoin d'eux parce qu'il avait l'intention de leur faire un grand bien à l'avenir¹. Lesdits hérétiques lui répondirent que le jour où il les voudrait qu'il le demande à Pierre Pagès du Mas-Cabardès² parce que celui-ci saurait où les trouver. Le témoin croit, à ce qu'il dit, que si c'était le Pagès qui avait été emprisonné avec lui, alors il le connaissait bien, à ce qu'il dit. C'est ainsi que ledit maître Pierre se sépara d'eux.

Après, le témoin a ajouté à ce qui précède en disant que, quand ledit maître Pierre, procureur, était malade, de la maladie dont il mourut, dans sa ferme qui s'appelle Choart³, tout près de la ville de Réalmont, il dit plusieurs fois au témoin au cours de cette maladie qu'il était étonné parce que lesdits hérétiques ne venaient auprès de lui. En effet, quand il arriva de Carcassonne, il avait prié et demandé au susdit Pagès qu'il les fasse venir chez lui, parce qu'il se savait déjà malade et très gravement, à ce qu'il disait. Ce maître Pierre a dit aussi au témoin qu'une fois, en revenant de Carcassonne, il coucha au Mas-Cabardès et le lendemain quand il passait la montagne, il rencontra et vit lesdits hérétiques qui avaient couché à Fontiers-Cabardès⁴, comme lesdits hérétiques l'avaient dit à maître Pierre.

Durant cette maladie ledit maître Pierre envoya chercher Raymond Augier⁵, citoyen d'Albi, son beau-frère, comme l'a dit ledit malade au témoin, et il était étonné parce qu'il n'était pas venu quand, plusieurs fois déjà, il l'avait envoyé chercher. Enfin, alors qu'il endurait cette maladie, tard le soir, ledit Raymond Augier arriva auprès dudit maître Pierre, le témoin présent, et après qu'il eut parlé un moment à part avec le malade, ledit Raymond Augier sortit en secret de la maison, dans un verger qui était adjacent à cette maison. De là, Raymond Augier amena Raymond Delboc et Raymond Didier, hérétiques susdits, et les fit entrer dans la chambre où était alité ledit malade. Ledit malade dit alors au témoin de surveiller la maison afin que personne n'entre parce que lesdits hérétiques étaient prêts à hérétiquer ledit malade. Alors, conformément à la volonté et à la demande du malade, lesdits hérétiques l'hérétiquèrent et le reçurent dans leur secte : L'un des hérétiques se tenait à la tête tandis que l'autre se tenait aux pieds faisant leurs genuflexions devant le malade et disant des paroles que le témoin ne comprit pas, à ce qu'il dit. À cette hérétication assista Raymond Augier, tandis que le témoin lui-même surveillait la maison, comme il a été dit, mais il vit toutes les faits susdits.

¹ Il doit s'agir à mot couvert de la question du Consolement d'extrême onction. Nous verrons ci-après qu'en effet Pierre de Mézens demanda le Consolement sur son lit de mort. À moins qu'il ne s'agisse d'un quelconque bienfait que s'appropriait à leur donner Pierre de Mézens.

² Chef-lieu de canton de l'Aude. Il s'y trouve encore les vestiges d'un château.

³ Lieu-dit disparu. La ferme de Pierre de Mézens située en ce lieu fut détruite par l'inquisition. Voir la sentence de démolition : Doat XXVII, ff° 248 - 249 v°.

⁴ Commune du Tarn.

⁵ Il fut consul d'Albi en 1282 et 1291.

Interrogatus si dictus Raymundus Augerii tunc adoravit dictos hereticos in dicta hereticacione dixit quod non vidit ipsum adorantem tunc, quia cum observat hostium non plene vidit omnia que fiebant. Dixit tamen quod bene vidit dictum Raymundum Augerii adorantem dictos hereticos quando abstraxerat eos de camera hereticati predicti quando fuerunt extra in orto seu viridario predicto et debuit recedere ab eis. Dixit etiam ipse testis quod ipsem et adoravit eos tunc quando recessit ab eis.

Requisitus de tempore dicte hereticacionis dixit quod facta fuit in estate proximo preterita.

Requisitus de die dixit quod non recolit, de hora dixit quod de nuit.

Requisitus de loco et astantibus dixit ut supra. Requisitus si quocienscunque ipse testis videbat dictos hereticos more hereticali adorabat eos dixit quod sic adventu vel recessu quando de novo videbat eos.

Postmodum vero predictus testis plenius recordatus adiecit predictis et dixit quod eum ipse testis associaret dictos hereticos euntes in Caturcinium et simul essent super montem dictum Solage inter Regalem Montem et boria de Cabrinh, Raymundus del Boc hereticus predictus quesivit ab ipso teste de quadam boria quam videbant subtus se cuius erat. Et respondit ipse testis quod erat Guillelmi Laydier. Et tunc dixit dictus hereticus quod quedam alia boria que erat iuxta illam erat Arnaudi Bertruc eiusdem loci. Et ex istis verbis occasione assumpta dictus hereticus narravit ipsi testi quod quadam vice dum ipse hereticus et socius eius irent in Caturcinium et transirent per locum illum voluerunt transire aquam que fluit iuxta, et quia non poterant eam transvadare eo quod multum creverat, dictus Arnaudus Bertruc precepit cuidam iumentario suo qui in eodem prato depascebat iumenta ut transportaret dictos hereticos ultra aquam, quod et fecit. Post que dictus Raymundus del Boc petivit a dicto iuvene qui transiverat eos cuius erant illa animalia, qui respondit quod erant Arnaudi Bertruc predicti. Tunc dictus hereticus subiunxit quod mater dicti Arnaudi et soror eius, mater magistri Garnerii de Talapio, habuerant peccuniam in commenda ab eis videlicet XV libras sicut inveniebant in scriptis seu memorialibus suis. Et dixit ipse [f° 4 r°] hereticus ipsi iuveni iumentario quod iret ad eum et diceret ei quod redderet eis peccuniam quam habuerat mater sua in commenda a quibusdam personis quas ipse sciebat. Cuius mandatum cum complevisset predictus iumentarius dictus Arnaudus Bertruc fecit redire dictos hereticos ad loquendam cum eo. Et tunc cum redissent dictus Arnaudus recognovit eis quod bene audiverat a matre sua quod ipsa et soror sua tenebantur dictis hereticis de dicta commenda, et quod paratus erat solvere partem ipsum contingentem, dum modo magister Garnerius et fratres eius vellent reddere partem quam habuerat mater eorum. Post que idem Arnaudus Bertruc ad dictum dicti Raymundi del Boc heretici flexis genibus ter adoravit dictos hereticos discendo benedicite secundum modum et ritum hereticorum.

